

Hennrich Bernhard



DOMINICI BAVDI
EPISTOLÆ
*Semicenturia auctæ;
Lacunis aliquot Suppletis.*
Accedunt eiusdem
ORATIONES
ET
LIBELLVS DE FOENORE.

Adus Collegio mayor des chorois

AMSTELODAMI,
Typis Ioannis Ian Bonii.
c1o 1oc LX.





DOMINICI BAUDI
ELOGIUM.

ACADEMIAM Lugdun. Batavam admirabili successu, parvo post tempore quam sumptibus maximis, majore ab Illustriss. D. Ordin. animo, instituta fuit, ad eam pervenisse nominis celebritatem, ut nulli in Europa cedat, norunt omnes, nisi qui ab eruditione & humanitate aversi sunt, aut qui sua interesse non existimant, æstimare cultum quo humanum ingenium ad perfectionem sui maximè informatur. Hanc celebritatem illi



*Vane pictor, ere credis posse reddi Baudium
Baudium referre nomen quiverit, quam Baudius.*

PERSEVERANTI LAUREA.

Natus 1567. Denatus 1673.

DOMINICI BAUDI EPISTOLARUM

Centuria I.

EPISTOLA I.

*Iano Douſæ patri Nordvici toparchie
Dominicus Baudius S. P. D.*

Nordvicum.



Tu ad beneficentiam natura propensus es, mi Douſa; & ego libens tibi occasiones bene merendi obtrudo: cum præſertim tam prolixè liberalitatem tuam interpretèrè, ut beneficium accipere exiſtumes, cum

in hominem probum confers. Verum enim vero, cum conſcientiam meam interrogo, non poteſt quin juſto pudore ſuffundar; qui cum ne cogitanda quidem gratia ſummis tuis erga me meritis reſpondere poſſim, ea porro auctum ire pertendam. Sed nec tua fors redhoſtimentum deſiderat, nec Douſica in-
doles id expoſcit, & (ut Tullii patrocini-um impudentiæ meæ prætexam) eſt hominis ingenui, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. Quando igitur decretum eſt tibi, mores illos benignos ac beneficos uſque perſequi, cur materiam iſti animo non gratificer? cur, quod in me eſt, & tibi comitatis laudem, & mihi ex ea fructum inuideam? Scin' igitur quid te rogem? Scio te ſcire: non enim novam petitionem adfero, ſed quam memoria teneo, ſæpe me tibi in memoriam inieciſſe. Quid igitur, inquires, his verborum argutiis opus fuit? Nihil mehercule; novi enim quam ſim apud te im-